κ̓ τὰς αὐτῶν πόλεις κ̓ κώμας ἔδαισαν· ὀυάλης δὲ ταῦτα μαθὼν, αἰτεῖ τὸν θειότατον οὐαλεντινιανὸν πέμψασθαι αὐτῷ ςρατὸν εἰς βοήθειαν· ὁ δὲ οὐ δέδωκεν, ἀλλὰ κ̓ ἐπωνείδισε ὡς κακόφρονα εἰπών· ὅτι οὐ χρὴ ἐπαμύνειν ἀνδρὶ πολεμοῦντι θεον· πέμπει δὲ ςρατηγὸν κατὰ τῶν γόθθων ὁ οὐάλης ὀνόματι τραϊανόν· ὁ δὲ ἡττηθεὶς, ὑπέςρεψεν ἄτιμος· ὀνειδιζόμενος δὲ μαλακίαν ὑπὸ τοῦ ȣάλεντος, σὺν παῤῥησίᾳ πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο· οὐκ ἐγὼ ἥττημαι ὦ βασιλεῦ ἀλλὰ σὺ προΐης τὴν νίκην κατὰ τοῦ θεȣ̃ παρατασσόμενος, κ̓ τὴν ἐκείνου ῥοπὴν προξενῶν τοῖς βαρβάροις. καταδραμόντων δὲ σαυρομάτων χωρία τινὰ τῆς πρὸς δύσιν ἀρχομένης ἐπεςράτευσε τούτοις ὀυαλεντινιανός· οἱ δὲ τῆς ςρατιᾶς τὸ πλῆθος κ̓ τὴν παρασκευὴν ἀκούσαντες πρέσβεις πέμψαντες εἰρήνην ᾔτουν.

ces, & eorum urbes, & oppida (*a*) combuſſerant. Hæc audiens Valens a Deo dilectum Valentinianum ut ipſi exercitum in auxilium mittat precatur. Verum hic non dedit, ſed ipſi exprobravit tanquam male animato, addiditque fas non eſſe homini Deum oppugnanti opem ferre. Mittit inter hæc Valens contra Gothos ducem nomine (*b*) Trajanum: Qui victus reverſus eſt inhonoratus. Probris affectus, & de ignavia reprehenſus a Valente, cum libertate illi reſpondit: Ego non ſuccubui, o Imperator: ſed tu projicis victoriam, quia Deo repugnas, & ejus (*c*) potentiam ita barbaris concilias. Excurſiones faciebant tunc in regiones imperii, quæ ſunt ad Occidentem, (*d*) Sauromatæ: Contra hos exercitum duxit Valentinianus. At hi audito exercitu magno, & apparatu legatos miſerunt, qui pacem peterent.

Εἰδὼν δὲ τούτους· εἰ τοιȣ̃τοι σαυρομάται πάντες εἰσὶν ἐπυνθάνετο· τῶν δὲ τοὺς ἀρίςους παρεῖναι κ̓ πρεσβεύειν φησάντων, ἐμπίμπλαται ὀργῆς· κ̓ μέγα κεκραγὼς, δεινὰ τὴν ῥωμαίων βασιλείαν ἔφη ὑπομένειν εἰς αὐτὸν ἐλθοῦσαν, εἰ σαυρομάτων οἱ ἄριςοι τοιοῦτοι, ῥωμαίοις τολμῶσι πολεμεῖν· ἐκ δὲ τῆς διαςάσεως τῆς κραυγῆς φλεβὸς ῥαγείσης, κ̓ πλείςου ἀναδοθέντος αἵματος, ἐν φρουρίῳ τινὶ τῆς γαλλίας ἐτελεύτησεν· ἔτη μὲν ἀμφὶ τὰ πεντήκοντα τέσσαρα γεγονὼς, τρισκαίδεκα δὲ ἐν τῇ βασιλείᾳ διαγενόμενος· ἕκτῃ δὲ ἡμέρᾳ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς ἀναγορεύεται βασιλεὺς ὑπὸ τῶν ςρατιωτῶν.

Hos cum vidiſſet Imperator, num hi Sauromatæ omnes eſſent interrogabat: ii reſponderunt optimates de ſuis eſſe, & legatos: impletus eſt ira, & voce magna clamans, indigna Romanorum imperium, inquit, pati cum ad ipſum pervenit, ſi Sauromatarum optimates ſunt hi, & cum Romanis audent bellare. Ob violentiam clamandi vena rupta, multoque reddito ſanguine in caſtro quodam Galliæ (*e*) mortuus eſt, annos fere quinquaginta quatuor natus, poſtquam tredecim regnaverat. Sexta die mortis ejus a militibus Imperator renunciatur admo-

(*a*) Legendum ut puto ἐδαΐσαντό κ δαΐω.
(*b*) Theod. l. 4 c. 29. V. c. 31.
(*c*) ῥώμην legendum pro ῥωπήν.
(*d*) Sozom. l. 6. c. 36. Latini Sarmatas dicunt.
(*e*) Anno 374. De eo Sozom. ibid. Socr. l. 4. c. 26. V. c. 31.



ὁ νεώτερος κ̓ ὁμώνυμος αὐτοῦ παῖς ὃν ἔσχεν ἐξ ἰουςίνης· εὐζωΐȣ δὲ τοῦ ἀρειανοῦ τελευτήσαντος, δωρόθεον ἐν ἀντιοχείᾳ οἱ ἀρειανοὶ προεβάλοντο. πέτρος δὲ ἀνῆλθεν ἀπὸ ῥώμης εἰς ἀλεξάνδρειαν μετὰ γραμμάτων δαμάσου· ὁ δὲ λούκιος ἐξελασθεὶς ἐπὶ τὴν κωνςαντινȣ́πολιν ἀπέπλευσεν.

Σχόλιον· Πέτρος ὀλίγον χρόνον ἐπιβιοῦς μετὰ τὴν ὑποςροφὴν τὴν ἀπὸ τῆς φυλῆς, ἐτελεύτησεν· τιμόθεος δὲ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ· ἐχειροτονήθη τῆς ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος.

Οὐάλης δὲ ὁ βασιλεὺς ὡς εἰκὸς ἐν φροντίσι γενόμενος, ἐπεξιέναι τούτοις σχολὴν οὐκ ἦγεν· ἅμα γὰρ ἧκεν εἰς τὴν κωνςαντινούπολιν, ἐν ὑπονοίᾳ πολλῇ κ̓ μίσει παρὰ τῷ δήμῳ ἐγένετο· οἱ γὰρ βάρβαροι τὴν θράκην διώσαντες, κ̓ μέχρι τῶν προαςίων ἤδη προελθόντες, κ̓ αὐτοῖς τοῖς τείχεσι μηδενὸς κωλύοντος, προσβάλλειν ἐπεχείρουν· ἐπὶ τούτοις δὲ χαλεπῶς ἡ............

modum juvenis ejus [*a*] filius, ejuſdemque nominis, quem ex Juſtina habuerat. Euzoio Ariano vita functo (*b*) Dorotheus Antiochiæ electus eſt ab Arianis, Petrus Roma Alexandriam revertens litteras Damaſi ſecum detulit. Lucius inde ejectus Conſtantinopolim navigavit.

Schol. (*c*) Petrus reverſus ab exilio ſuo modicum temporis ſpatium ſuperſtes diem ſuum obiit. (*d*) Timotheus ejus frater Alexandriæ creatur Epiſcopus.

(*e*) Valens Imperator, ut par erat, magnis diſtentus curis contra barbaros exire non diſtulit. Statim Conſtantinopolim venit; apud populum tamen in ſuſpicionem multam & odium adductus fuerat. Barbari vero vaſtabant Thraciam, & uſque ad ſuburbia venerant, & muros ipſos nemine prohibente jam adoriri parabant. Interea (*f*) male .......

*F I N I S.*

(*a*) Filius Juſtinæ quam Valentinianus Imp. Severæ juſtæ uxori ſuperinduxerat alteram, ut ſupra dictum eſt.
(*b*) Socr. l. 4. c. 28. V. c. 35. quique poſtea cum CPolim adveniſſet, ejus ſectæ primatum tenuit, ut habet Sozom. l. 7. c. 14.
(*c*) Sozom. l. 6. c. 39. In Græco legendum φυγῆς non φυλῆς *cognationis ſuæ*, niſi forte credatur in reditu ad Eccleſiam ſuam iſte parumper ad ſuos divertiſſe.
(*d*) Socr. ib. c. 30. V. c. 37.
(*e*) Sozom. ibidem.
(*f*) Re male geſta, Valens in fugam ſe conjecit, & latens in domuncula circumſeſſus a barbaris viuus exuſtus eſt anno 378. Sozom. ibid. c. ſeq. Socrates l. 4. c. 31. Valeſius c. 38. ait non agnitum ab hoſtibus in prælio cecidiſſe.